

Illi me ac Rme Dne,

Cum in generali Congregatione S. R. et U. I. habita feria IV.
die 7 curr. Emi. ac Rmi. Generales Inquisitores jamdiu motam de
Instituto Canadensi controversiam ad examen revocassent, singu-
lis mature ac diligenter expensis, A. Tuæ significandum voluerunt,
rejiciendas omnino esse doctrinas in quodam annuario, quo dicti
Instituti acta recensentur, contentas, ipsaque doctrinas ab eodem
Instituto traditas prorsus reprobandas. Animadvertisentes insuper
laudati Emi. ac Rmi. Patres valde timendum esse ne per hujus-
modi pravas doctrinas Christianæ Juventutis institutio et educatio
in discrimen adducatur, dum commendandum expresserunt zelum
ac vigiliam a Te hucusque adhibitam, excitandam eamdem A.
Tuam jusserunt, ut una cum tuæ Dioceceseos clero omnem curam
conferas, ut catholici ac præsertim juventus a memorato Instituto,
quousque perniciosas doctrinas in eo edoceri constiterit, arceantur.
Dum vero laudibus prosequuti sunt alteram Societatem *Institutum*
Canadense Gallicum nuncupatam, nec non Ephemeridem dictam:
“*Courrier de St. Hyacinthe*” utramque fovendam adjuvandam que
mandarunt, ut ita iis damnis ac malis remedias querantur, que ex
alio præfato Instituto hand dimanare non possunt. Quod A. Tuæ
pro mei muneric ratione communicans omni cum observantia maneo

Rome ex AEd. S. C. de P. F. die 14 Julii 1869.

A. Tuæ

humillimus et addictissimus famulus

Mr. Ignazio Bourget

Vescovo di Montreal.

(Signatus) Joannes Simeoni Secrius.

(Pro Apographo)

J. Desautels Pter.